mum electa est ut dominum pareret. que erat desponsata uiro.
Cur autem non ante quam desponsaretur impleta est. Fortasse ne dice
retur quod conceperit ex adulterio. Et bene utrumque posuit scri
ptura, ut et desponsata esset et uirgo. Uirgo ut expers
uirilis consortii uideretur, desponsata ne temerate uir
ginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corrupte
le uideretur insigne proferre. Maluit autem dominus aliquos de suo
ortu quam de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram
esse uirginis uerecundiam et lubricam famam pudoris, nec
putauit ortus sui fide matris iniuriis astruendam. Seruata
itaque sancte MARIE sicut pudore integra, ita inuiolabilis o
pinione uirginitas. Oportet enim sanctos et ab his testimo
nium habere qui foris sunt. Nec decuit sinistra uirginibus o
pinione uiuentibus uelamen excusationis relinqui, quod infa
mata mater quoque domini uideretur. Quid autem iudeis, quid herodi
posset ascribi, si natum uiderentur ex adulterio persecuti.
Quemadmodum autem ipse diceret: non ueni legem soluere sed ad
implere, si uideretur cepisse legis iniuria, cum partus in
nupte lege damnetur. Quin etiam locupletioris testis pu
doris maritus adhibetur, qui posset et dolere iniuriam et uin
dicare obprobrium, si non agnosceret sacramentum. Quid quod
etiam fides MARIE uerbis maior asciscitur, et mendacii causa
remouetur. Uideretur enim culpam obumbrare uoluisse men
dacio innupta pregnans. Causam autem mentiendi inde
sponsata habuit, desponsata non habuit, cum coniugii pre
mium et gratia nuptiarum partus sit feminarum. Non me
diocris quoque causa est, ut uirginitas MARIE falleret prin
cipem mundi. Qui cum desponsatam uiro cerneret, par
tum non potuit habere suspectum. Fallendi autem ut dixi prin
cipem mundi fuisse consilium ipsius domini uerba declarant, cum